



Regulae Societatis Iesu

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

De ijs, qui admitti petunt, ad Domum diuertunt, aut foras miittuntur. Cap.
VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)

*De ijs, qui admitti petunt, ad Domum di-
uertunt, aut foras mittuntur.*

C A P. VIII.

In Societatem
neminem ad-

mittat.

P. I. C. I. §. 2.

P. I. C. I. lit. A.
Quid cum
valde idoneis
agendu*p*i.

P. 2. c. 4. §. 1.

& lit. A.
Quid cum ve
niente sine li-
centia.

Caritas erga
alios per do-
mos transeun-
tes.

P. 4. c. 2. lit F.
& p. 6. c. 2. lit.

79 **I**N Societatem neminem admittat, nisi
à Generali, vel Prouinciali id ipsi com-
mittatur: sed de ijs, qui admitti petunt, ad
Prouinciale referat, vel scribat, quales illi
sint, & quibus donis Dei prædicti.

80 Si is, qui admitti petit, ad institutum
Societatis valde idoneus videbitur, & neces-
sitas vrgeret, poterit eum tanquam hospitem
Domi recipere, donec responsum à Prouin-
ciali accipiat, vel ad eundem mittere, si ex-
pedire iudicauerit.

81 Recedentem sine licentia ab alio loco
Societatis, vel ab ea dimissum non admittat,
sed si expedire videretur ad Prouinciale de-
eo scribat, & eius ordinationem expectet,
illo domi ut hospite, vel in alio pio loco si
videbitur, detento.

82 Caritatem magnam exhibeat erga
alios de Societate per domum transeun-
tes, eosque amanter hospitio excipiat, ac memine-
rit se aliquo viatico, aut eleemosyna eos, si
indigerent, iuuare posse: curet item diligen-
ter dirigere, ac iuuare expeditiones hospitum
qui negotiorum causa domi versantur.

83 Ex-

83 Externi ne accipientur hospitio, ut Externi quan-
Domi pernoctent, nisi iij sint, quibus multum do domi per-
debeat, aut id officij sine magna offensione noctabunt.
prætermitti non possit: qua in re habeatur
præcipua ratio religiosorum, cum necessita-
tis causa ad nos diuertunt.

84 Cum quis Domo egredietur, det ei so- P.3.c.1. §.3.
cium conuenientem: si quando autem aliquis Cum socio
solus foras mittitur, is sit cui merito possit Domo egre-
diendum.
confidere.

85 Neminem ex sua Domo in alium lo- P.7.c.2.lit.M
cum mittat sine literis patentibus. Non sine pa-
tentibus mit-
tendi.

86 Si quis experimento comperiretur ferre non posse Domus cælum, & male habe- P.3.c.2.lit.G
re continenter cerneretur, vel alia ratione Quid de ma-
videretur mutandus, Prouinciale admo- le habentibus
neat, an alio mitti debeat.

87 Profecturi ad alia loca, ea, quam sot- Quid cū pro-
tanam vocant, & alijs interioribus indu- fecturis alio.
mentis, quibus vtuntur, priuari non debent,
nisi forte ratio temporis, aut alioqui caritas
suaderet melioribus esse commutanda. Reli-
qua vero omnia, quæ ad iter necessaria erunt,
magna caritatis significatione ab eo loco, vn-
de mittuntur, subministrentur, sumptibus ta-
men eorum, quorum erit expensas itineris
soluere.

R E-